

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De nuptiis Philologiae et Mercurii - Cod.  
Ettenheim-Münster 7**

**Martianus <Capella>**

**[S.l.], [14. Jahrh.]**

Adversus locos communes Philippi Melanchtonis de libero Arbitrio Liber  
Primus Ioannis Cochlei

[urn:nbn:de:bsz:31-107516](#)

**ADVER**  
SVS LOCOS COMMVNES PHILIPPI  
MELANCHTHONIS. DE LI  
bero Arbitrio Liber Primus  
Ioannis Cochlei.



I V N Q V A M I V e  
ste dubitari potuit, bone  
ne an mali plus attulerit  
hominibus & ciuitatibus  
copia dicendi, ac summum  
eloquentie studium, hodie  
profecto iustissime dubita  
tur, quādo per disertos ho  
mines tot incommoda in Germaniam inuehit furi  
bunda impictas Lutheri, ut rectissime cum Cicerone In prologo  
debemus existimare, sapientiam quidem sine eloquen Rhetorice  
tia parum prodeesse ciuitatibus, eloquentiam uero sine  
sapientia nimium obesse plerunq; prodeesse nūquam.  
Id quod hoc iniquissimo tempore uerissimum esse, ni  
mis claris certisq; experimentis omnis propemodum  
Germania sentit, alijsq; Nationibus infeliciter suo de  
decoro patefacit. Quid enim boni misere nimūq; Lu  
therico furore afflcta huic patriæ nostræ remanet sal  
bum & incolume, quod diserta Lutheranorum impie

In prologo  
Rhetorice  
ueteris.

A 3 66

## DE LIBERO ARBITRIO

tas labefactare penitusq; exinanire ac funditus eucrte  
re non satagit atq; conatur? Num imperiū & respubli-  
ca? At malis dubiis Germaniae inuestigatum esse auerit im-  
perium. Quin immo inter opera Antichristi uel ma-  
ximum portentum uolunt esse Imperium, idq; uanum  
vocabulum absq; re dicunt esse. Et semel omnes leges  
humanas reiijcunt & cōculant. Num religio Christi-  
ana? At manibus pedibusq; nituntur, à sede Apostoli-  
ca in Bohemicas Cryptas abducere Germanos. Dicūt  
enim, Beata Græcia, beata Bohemia, beati omnes, qui

Luth. in Syl se se ab illa separauerūt, & de medio istius Babylonis  
uestrum. exiuerunt. Damnati uero omnes, qui ei communicau-  
elegimus. rint. Christus autē dicit. Pater sancte serua eos, in no-  
tean. 17. mine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos.

Non remanebit igitur apud Germanos (quod Deus  
Opt. Max. auertat) religio Christiana, si ab unitate ca-  
tholice & Apostolice Ecclesie in Hussiticum schisma  
tam perditte quam perfide disciuierunt. Sublata autem  
ab eis religione & fidei unitate, quid obsecro reliquā  
erit? Num Sacraenta Christi? At omnia tollunt Lu-  
therani, demptis duobus, Baptismo scilicet & Eucha-  
ristia, que tamen ita tractant, ut omnino suskulisse mul-  
to fuerit melius, negant enim gratiā baptismi, & pro  
Eucharistia porrigunt suis pistorium panem uinumq;  
naturale.

Luth. in li-

Porro, ex summo p̄tifice faciunt nobis Antichri-  
stum,

BITRIO  
eae funditum  
imperii Crespi  
et cetera se conti  
Antichristi na  
terum, p[ro]p[ri]o  
semel congre  
unus religio  
er, à jure q[ui]a  
Germania dicit  
beatis omnes, q[ui]  
yfius Babylon  
et communicau  
runt eos, in no  
scientia nos  
(quod Deus  
ab initio ea  
sit uita schola  
Sublata autem  
h[ab]ecoreq[ue] p[re]p[ar]at  
gallaria Lut  
et Eucha  
scholisse mul  
tissimi, & pri  
em iunctu  
bis Antich  
fan

○ P R A E F A T I O .

sum, atq[ue] ex pulcherrimo ecclesiæ ornatu ordinumq[ue] brum Cæ  
uarietate laruas & facies Antichristi, quas ex Danic=tharini.  
le (si Deo placet) duodecim esse demonstrant. Quarū Danic. 8.  
prima est (u eorum uerbis referendo utar) facies per XII. facies  
sonarum, Papa triplici corona superbis, Cardinales, Antichristi  
Patriarche, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Præ  
positi, Decani, Canonici, Vicarij, Officiales &c. Secundū  
da autem facies sunt opes Ecclesiæ, patrimonia Crucis  
fixi, bona spiritualia, pallia, amatae, subsidia & cetera.  
Tertia, indulgentiae, Bullæ, cōfessionalia, indulta, pri  
uilegia, dispensationes &c. Quarta. Ipse habitus &  
uestis, rubens ille pileus, bicornis insula, syrma purpu  
reum, rarus uerTEX, manus oleo putrido consecrata, le  
ges, statuta, mores & consuetudines &c. Quinta, est  
illud egregium perdendæ pecunia artificium, instru  
endis, erigendis, ornandis, locupletandis, templis, mo  
nasterijs, sacellis, altaribus, & eius generis operibus.  
Sexta, nō una sed facierum quædam sylua est, scilicet  
corum, que in templis sunt & geruntur, Horæ Cano  
nicæ, hora beatæ virginis, Sanctæ Crucis, tumultus  
carminum, uoces & canus infiniti generis & varie  
tatis, organa, uniuersalq[ue] musica, calices, imagines, ua  
sa utensilia, aurea, argentea, lignea, uela, palle, corpo  
ralia, & sine modo & numero ornamenta, lumina,  
lampades, & si qua similia. Septima, est uniuersalis il  
le abusus Missæ cum solennibus suis, cum uigilijs, cum

A 4 Annuer

## DE LIBERO ARBITRIO

Anniuersarijs, fundationibus, sepulturis, & totū nec  
gocum pro defunctis celebratum. Octaua, Est dele-  
ctus ille ciborum & ieiuniorum. Nona, est scelerata &  
la festorum dierum multiplicatio & iniquitas. In hac  
autem facie insignius lucent magni illi festi dies, Visi-  
tationis, Corporis Christi, Apostolorum, Conceptio-  
nis & similium. Decima, Est insignis ille cælibatus &  
monasticae castitatis multitudine. Undecima, Est reliqui-  
arum ueneratio, bella plane & lucri feracissima faci-  
es. Duodecima & ultima, est chaos illud & ianua pa-  
tens inferni, incredibili facie spectabilis, Vniuersita-  
tes, in quibus peruria & abusus nominis Dei sunt in-  
troitus, Deinde conuersatio in omnē seclusilibra &  
licentiosissima, ubi electores Christiani populi adules-  
centes prostituuntur, & in patens guttur inferni pro-  
ijciuntur, et pro uerbo Dei, Papæ dogmata tractan-  
tur, ut uideatur ad Euangelium funditus extinguen-  
dum, nec astutus nec efficacius inuenisse Sathan com-  
mentum, quam Vniuersitatum erigendarum.

Gyganti-  
cus furor  
Luth.

Hec omnia & adhuc multo plura de medio tollen-  
da esse suadent Lutherani, atq; etiā præcipit prosua  
apud deceptum vulgus authoritate Lutherus, magnis  
sane contentionibus, stiloq; rhetoriciis coloribus fucha-  
to, ac linguarum peritia ad hæc scelerata infeliciter o-  
fertata. Que obsecro posteritas, talia inter Christia-  
nos publice, non solum dicta, sed & scripta ac multis  
milibus

## OPRAE FATIO.

milibus impressa atq; edita impune fuisse credet? quæ  
enim uel umbra religionis publicæ, cultus q; diuini, sub-  
latis his omnibus, reliqua esse queat? Hac tamen tot sa-  
crarum rerum ordinationumq; rapina sacrilegioq;  
nefandissima minime contenti sunt hi Hussitæ noui,  
sed instar Gygarum oppugnant etiam superos ipsasq;  
beatorum sedes. Parum est cis, abscondisse (ut stulte glo-  
riatur Lutherus) Papæ caput, abstulisse triplicem eius Luth. in af-  
coronam, dum tribuunt unam Valle, alteram Luthe-  
ro, tertiam nescio cui Veleno. Negant item S. Petrum Teuth.  
unquam fuisse aut Rome aut principem Apostolorū.  
Itaq; iam ipsam bestiæ (ut Saxonica bestialoquitur) se In affer. 30  
dem negant, negant etiam Petrum, si hodie uiueret art.  
in terris, Papam esse, negant item generalia Concilia  
negant sanctos Patres, negant Canonem sacrum cum  
uniuersa pariter Ecclesia, negant Missam aut sacrifici  
um aut opus bonum esse, negat deniq; sanctis cœlum,  
defunctis requie, uiuis pacē. Non enim pacē (inquunt)  
sed gladiū uenit mittere Christus. Si uixero (inquit re  
cucullatus nuper Lutherus) non habebitis pacē, sin Luth. in li.  
autem interficeritis me, decuplo minus pacem habi- teuth. cōtra  
turi estis. Quis unq; inter Christianos audiuit legitue episcopos.  
talia?

Plaudunt tamen ad ista barbarico fastu fremituq; Turba Lu-  
latrocinantes Centauri, unosiq; Lapith.e, & Oberata theri,  
turba Karsthansiorum, pauperumq; Chonradoraum.

A 5 Non

## DE LIBERO ARBITRIO

Non sanè, quòd ciusmodi dogmatistis credant, sed quia  
horum dogmatum prætextu, uelint Bohemorū exem-  
pli, spolbare tēpla, diripere monasteriū, expilarē cle-  
rum, atque omnes Ecclesiasticorum redditus censuſ quia  
semel occupare. Vnde fit, ut neminem, ne regem qui-  
dem Anglorum (licet eloquentissimum omniumque ad-  
miratione doctissimum) Lutheru contradicentem,  
æquis auribus aut placido uultu audiant legantuc, con-  
temnentes incredibili peruicacia, nō solum Bullam &  
excommunicationem R.O. Pontificis, sed etiam securis  
sum Edictum potestissimi simul & religiosissimi Im-  
peratoris nostri, usque; adeo contra omnem honestatem  
pietatemque obdurat & excæcat eos auri sacra fames,  
ut um Lutheru, trāfuge sane leuisimo (qui modo lau-  
dat, modo damnat Bohemos, cucullumque suum nunc  
abijcit, nunc resumit) plus credant, immo credere se  
fingant, quam quatuor probatissimis per tot secula ce-  
lestia Doctoribus, quam Cœlijs, quam uniuersæ per  
orbem Ecclesiæ Christi

**Nonus deus**      Hinc securitatis plenus, impudentissima præsum  
**Lutherus**      ptione gloriatur Teuthonice Apostaticus ille cuculli-  
fer seſe. Si non sit Propheta, certum nihilominus eſſe,  
**Luth. con-** quòd uerbum dei ſit apud ſe, non apud Papam & aliis  
tra Papam os Ecclesiæ ſacerdotes & Doctores. Ideo abſque; omni  
& episco fronte uocat ſeipſum nunc Ecclesiasten, nunc Euange-  
pos Teuth. gelistam, ſuamque doctrinam, uelut alter Christus, aut  
Dei

## P R A E F A T I O.

Dei esse, non suā. Et quod multo blasphemissimum est,  
meum (inquit) iudicium, etiam dei est, nō meum. Ideo  
nolo doctrinam meam iudicari à quoquam, non à uo-  
bis, nec etiam ab omnibus angelis, sed quia de ipsa cer-  
tus sum, uolo per eam uester atq; etiam Angelorū iu-  
dex esse, ut quicunq; meam doctrinam non acceptau-  
erit, non posat fieri beatus. Quis igitur contra Numen  
hoc nouum, usq; ad eo barbarica superbia, in recepto  
cucullo inflatum, disputare deinceps uano labore di-  
gnatur, cum iam deus sit Doctor & Index, nō ho-  
minum modo, sed & angelorum?

Tu uero Philippe Melanchthon, cum nondum fa-  
ctias te Deum, relinquis nobis adhuc locum disputandi  
tecum, atq; utinam intra priuatos parietes, id nobis fa-  
cie ad faciem licuisset, antequām nefanda ista Luthe-  
riæ farinæ fermenta tua, quibus fermè totam Ger-  
manicæ iuuentutis massam irrecuperabiliter a cor-  
rupisti, diuulgasses. Ostendissem tibi profecto amice  
& fideliter, quām indecte simul & impie, per o-  
mnem hunc libellum tuum, scripturæ diuinæ locos plu-  
rimos tractaueris, atq; in reprobū sensum procacite-  
meritate retorscris. Quoniam uero id scriptis tam fa-  
cile fieri nequit, ad unum duntaxat locum tuum hicti-  
bi respondebo, quandoquidem tu ad eum potissime lo-  
cum Sophistam occurrere tibi exceptas, geram tibi  
morcm Philippe, non sanè, ut uel Sophum uel Sophi-  
stan

## DE LIBERO ARBITRIO

Istam hic agam, nec ut tua (quod stulte ac iuuentaliter optas) calumnier, sed ut homo Christianus homini heretico, cuius casum uchementissime doleo, pia simplicitate ostendam, quam uana sit hominum de suis viribus ingenuis presumptio.

Didymus  
Fauentinus  
Philippi.

Quanta autem fuerit uanitas tua in Didymo Fauentino, nunc ex Radimi responsione cognoscere profecto potes. Nos quoque per duos libros mendacia calumniarumq; & blasphemias tuas, quas ea in defensione scripti, articulatim offensas reprobauimus, ne licet tibi tot mala perpetuo orationis filo per Rhetoricos suos generatim uel excusare uel commendare etiam. Vt cunig; igitur Radino, uero sane & grauissimo simul & eloquentissimo doctissimoq; responderis, mihi si assertum ab te non putabo, nisi articulos tuos omnes, quos designauit, sigillatim asserueris, ut uideamus, non fucata eloquentia tua queat solidam rerum ueritatem immutare. Minime uero illi orationi tue fuerare responsurus, nisi ueritus fuisset, te a Radino contemptum iri, quemadmodum contemnuntur iam Lutherus & Catharino. Respondi ergo, non ea sane fiducia, ut melius possim quam ille. Absit a me tam stulta temeritas & Philautia. Sed ut Germanis nostris (quorum plerique diuinam uocabant illam tuam orationem) articulos aliquot ob oculos poncrem, ex quibus totum orationis tue corpus, ex nugis impietatisq; constatum, dinoscere possent.

Atque

RIO  
PRAEFATIO.

Atq; ut Augustinum sequentur, cui non ideo me Aug. Cott  
liora videbantur, quæ suau eloquo dicebat corām eo fess. lib. 5.  
Faustus Manichæus, qui amelius dicebantur. Nec ideo c. 6.  
uera, quia diserta. Nec ideo sapiens anima, quia uultus  
congruus & decorum eloquium. Non enim boni rerū  
exstimatorēs erāt, quibus Faustus ille videbatur pru-  
dens & sapient, quia delectabat eos loquēs. Augustinus  
ergo, quia sciebat, nō eo debere uideri aliquid uerum di-  
ci, quia eloquenter dicitur, ubi occupasset hominem,  
conferendo familiariter, & accipiendo ac reddendo  
sermonem, prolati quibusdam dubijs, expertus est il-  
lum expertem liberalium disciplinarum nisi grammā-  
ticæ, quanquam fama de illo fuerat, quod esset hone-  
starum omnium doctrinarum peritissimus, & appre-  
me disciplinarum liberalium eruditus. Et tamen Fau-  
stus ille satis ingeniosum adidit uolumen contra Catho-  
licos, cui Augustinus per. XXXIII. libros responsu-  
fuerat, att in probœmio. Hoc aggrediar nunc in nomi-  
ne atq; adiutorio domini et Salvatoris nostri Iesu Chri-  
sti, ut omnes, qui hæc legent, intelligant, quam nihil sit  
acutum ingenium, & lingua expolita, nisi à domino  
gressus hominis dirigantur.

Quorsum hæc Philippe? Certe maior te fuit Fa-  
stus ille ætate, prestatiior dignitate, celebratori fama,  
reputatiō inter suos, suauior eloquo, acutior ingenio  
atq; inferior stilo. Quamuis ego neq; ingenio neq; sti-  
lo tuo

Aug. cōtre  
Fau.lib. 1.  
ca. 1.

Prover. 36.

Faustus ma-  
ior Philip-  
pe

p.

## DE LIBERO ARBITRIO

lo tuo derogauerim, nisi quod donis illis dei ad diffami-  
nandas impietas abuteris. Cum igitur Catholicus  
ritatem expugnare non potuerit. Aperille ingenio  
tam acutus, argutissimam callidus & promptus, quo  
modo tu eam expugnabis. Philippe, qui tam fide in  
argumentando plerumque laboris. Noua profecto te-  
neraque tunc uideri potuit fides Catholica, ut pote, uix  
quadragecentos annos nata & per orbem duulgata.  
Nuc uero, cum accesserint ad summam illam anni undeci-  
es Ceteni, quomodo tu ei preuelebis contumaciam, cum  
uniuersitas tua uix bene trigesima decurrerit annos?  
Cum tot interim hereticorum, post mortem Fausti, ui-  
trix ubique fuerit sedes Apostolica, tot prelijs exerci-  
tata, tot scriptoribus adacta, tanto denique per orbem co-  
sensu, tantaque annorum prescriptione firmata. Quid  
sibi nunc tandem uult Saxonica haec uestra intemperi-  
es? quidoquidem Vuitenberg uestra uix dum. XX  
annis literarum studia, sedis illius beneficio, est profes-  
sa, & in fide nouissimus propemodum partus Eccle-  
sie Romane, tot aliqui filiorum Nationumque per or-  
bem in Catholica fidic matris.

Liber Phi- Quis uero ex omnibus tot seculorum hereticis tot  
lippi. Hy- tantisque erroribus fuit obnoxius, quot quantisque tu mi-  
dra. ser hoc uno in libello tuo turpisime miserrimeque illi-  
gatus teneris? An non sunt ibi tot hereses, quot folia?  
Immo uero que est ibi pagina, in qua unam dumt. x. et  
heresim

## DE LIBE. ARBI. PRAEFATI.

hæresim insinues? Quod si recte contra declamatio-  
 nem tuam dicit Radinus. Quis te unquam toto erran-  
 tē cœlo, absq; errore insequi aut cōprchēdere queat?  
 Quid ego dicā hic aliud? Si enim Fausto. XXXIII.  
 libris respondit Augustinus cōtra unam dum taxat hæ-  
 résim Manichæorū. Quot nobis hic opus foret libris  
 contra hanc uirulentissimam Hydram tuam, si omnia  
 illi capita rescindere uelimus? Quanto igitur melius  
 utiliusq; fucrit laboris compendium, Herculem imita-  
 do, totam hanc Hydram semel flammis exurere? Id  
 quod iam pridem, dubio procul, factum esset, si fuisset  
 res ista in manu mea. Cum uero ea facultas potestasq;  
 ad me non spectet, unum interea caput Lerneo huic  
 monstro tuo recidam, donec Hercules aliquis contin-  
 gat nobis, qui omnia eius capita simul cum toto corpo-  
 re, ex tam uarijs hæresibus concreto, & flammis exu-  
 rat, & abolit: eius memoria, æternae damnationi tra-  
 dat, ne suppallent subinde loquacitate tua u-  
 ueniliq; audacia multo adhuc plura re-  
 probi sensus hæreticiq; Aconi-  
 ti capita nimis ac nimis  
 in fide mon-  
 strofa.

